



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

**Parisiis, 1644**

Epistola XV. Innocentii Papae I. Ad Alexandrvm Antiochenvm Episcopvm.  
De pace.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14918**

vero, quæ per ordinem gesta sunt, filius meus diaconus Paulus, harum scilicet portitor literarum, dilectioni tuæ poterit enarrare, vt & gaudium commune nobiscum habeas, & eos informes, qui pro Attici partibus interuenire consueuerunt.

## N O T A.

\* Epistola.] Bonifacius legatione fungebatur apud Theodosium Bonifacius quis? Constantinopoli: eratque Romanæ ecclesiæ presbyter, qui post Innocentium & Zosimum factus est Romanæ ecclesiæ pontifex. Hac epistola illi nuntiat, qua occasione Alexander Antiochenus episcopus in catholicam communionem ecclesiæ receptus fuerit: si nimirum primo ab Euagrio Paulini successore ordinatos ipse cum ordinibus & honoribus reciperet: ac præterea nomen Ioannis episcopi Constantinopolitani, e tabulis sacris expunctum cum honore, vt par erat, restitueret. De quibus plura sequente epist. 17. Baron. anno 408. num. 33. & 34.

Qua condicione Alexander Antiochenus episcopus ecclesiæ communioni restitutus fit?

## EPISTOLA XV.

## INNOCENTII PAPÆ I.

AD ALEXANDRVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

De pace.

*Innocentius Alexandro episcopo.*

QVAM grata mihi, quam pia, quam necessaria legatio a tua sanctitate, frater carissime, ad nos directa fuerit, gestorum ipsorum replicatione cognosces. Voluit enim compresbyter noster Cassianus, hanc amicitarum nostrarum paginulam per compresbyterum nostrum Paulum, Nicolaum diaconum, & Petrum subdiaconum, filios nostros, quasi primitias pacis nostræ conscribi. Saluto itaque & tuam mihi in Christo germanitatem, & omnem illam, quæ tecum tam bene sentit, ecclesiam. Nosque, vt facitis, & alloquamini (peto) crebrius literis, & frequentius de vestra salute latificitis. Dabit enim, vt confido, Dominus, totius nos præteriti temporis dispendia amantissimo literarum colloquio recompensare.

Concil. Tom. 4.

E